



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri  
Raymundi**

**Raimundus <de Pennaforti>**

**Colonie, 4.III. 1502**

**VD16 R 168**

Quo[modo] sunt cognoscende ille conclusiones

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31223**



bet poni illud relatiuū eiusdem. vt patet in hac collecta. Deus q̄ corda fī  
delium. Ibi namq; fit mentio de spiritus sancto. ergo debet sic concludi Per  
dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecuz viuit z regnat  
in vnitae eiusdem spiritus sancti zc.

**¶** Notandum q̄ vltra illas regulas in littera positas. ponuntur alie re  
gule. Quaz prima est ista. quādo in principio collecte fit mentio de patre z  
in fine de filio z de spiritu sancto. tunc talis collecta debet concludi per eun  
dem quo ad filium. z debet addi eiusdem quo ad spiritus sanctum. vt sic.

**¶** Per eūdem dominum nostrum iesum christum filium tuum. sic q̄ in fi  
ne addatur. eiusdem spiritus sancti zc. vt patz ibi. Omnipotens sempiter  
ne deus zc. Secunda regula est. quādo in aliqua collecta fit mentio  
de filio z de spiritu sancto. tunc talis collecta debet concludi per eundē quo  
ad filium. z debet addi eiusdem quo ad spiritus sanctum. vñ. Per domi  
num dicat cum pater p̄el byter orat. Cum christum memorat p̄ eundē  
dicere debet. Filio si loqueris qui viuis dicere debes. Qui rectū si sit colle  
cta finis in illo. Si spiritus alius eiusdem dicere debes. Alia regula. in  
quacunq; collecta ponitur illa dictio verbum redemptor vel vnigenitus  
tunc semper talis collecta debet cōcludi per eundem. z ratio illius est ista.  
quia illa mentionem faciunt de filio.

**¶** Item notandum q̄ omnes collecte simul concluduntur per illam clau  
sulam. per dominum nostrum. Et ratio est. quia omnis oratio nostra de  
bet fieri in nomine filij ad patrem. vnde in euangelio Joānis decimo sexto  
dicit dñs. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

**¶** Item notandum. collecta proprie dicitur eo vocabulo. quia antiqui  
tus quādo Romani voluerunt transire cum reliquijs. tunc ipis venientē  
bus super populum collectum talis collecta dicebatur. sicut verba ora  
tionum dicebantur. que verba postmodū dicta collecte a populo appella  
bantur. ideo dicitur collecta. quia ipse sacerdos collegit omnes orationes christe  
fidelū. z petiuit pro omnibus christifidelibus in fide catholica existentibz.  
et sic rōne illius petitionis in conclusione dicitur collecta.

**¶** Item ex quo hic fit mentio de collectis dicendis in missa. tunc necessa  
rium est vt sciatur numerus collectarum in diuino officio dicendarum. ne  
aliquis ex ignorantia huiusmodi numeri in errorem incidat qui summos  
pere in tam summo diuinoq; officio precauendus est. Pro quo sciendum  
q̄ numerus collectarum in diuino officio misse dicendarum semper debet  
esse impar sic q̄ nunq̄ dicantur due collecte quattuor vel sex. sed vna vel  
tres vel quinq; vel septem. vna propter vnitatem ecclē. sed tres propter  
reuerentiam trinitatis. sed quinq; propter quinq; vulnera iesu christi. et  
septem propter septem petitiones quas christus docuit. z illum numerus  
nullus excedere debet ne astantes atredientur. Sed tamen beatus Grego  
rius facit excepōnem dicens. si in summo festo occurrit aliquod festū. tūc  
possunt legi due collecte sub vna conclusione. sicut in die Stephani pro  
thomartyris. vbi prima collecta legetur de sancto. secunda de natiuitate  
christi. similiter in die innocentiū leguntur quattuor collecte. prima de in  
nocentibus. secunda de natiuitate christi. tertia de sancto Joāne. z quarta  
de sancto Stephano.